

im principiis Arietis & Libræ , sed mediis:  
signis fieri. τείτο δ' εἰ κύκλος, τὸν οὐ αἱ ἴσημα-  
ρίας γίνονται. ἔτι δ' εἰ τύτῳ πέπτε τοῖς μέσοις καὶ  
τὰ τῶν χηλῶν. Certe tamen apertis argumen-  
tis Causę non erat quae Mathematicus ille:  
nobis tam iniquus esset , sed pace nationis:  
Mathematicorum hæc ita esse nos affirmá-  
mus. Neque profecto nobis tam infensi esse  
debent , si aliquando ex antiquis monu-  
mentis ea deponimus , quæ ipsi in suis  
Theoriis aut elementis sphæricis non vide-  
runt. In centricus igitur Dodecatemoriis  
longissimas epochas Solis assignabant , &  
nullum signum altius & proprius ad Aquilo-  
nem surgere putabant. Unde Lucanus di-  
xit: circulis alti Solsticii: quod Mathematici  
isti non intelligunt: de quo alibi. Diagram-  
mata Antisciiorum Ptolemæi & veterum po-  
suimus: quæ Mathematici ignorabant: imò  
propter quam doctrinam cerrito Mathe-  
matico penè vapulavi.